

## in epistolā II ad Corinthios XII

parte nature. Unde dicit. In frigore. Aliud ex parte inopie. Unde dicit. Et nuditate scilicet ostensus sum: scilicet minister christi. prime Corinthio. 4. Audi et instabiles. 2c. supra sexto. In necessitatibus. 7 cetera. Consequenter cum dicit. Preter illa. 2c. Enumerat mala assumpta interiora: que causant ex sollicitudine cordis pro pseudo. Bonus autē prelatus dupliciter affligitur pro subditis. Et pmo sollicitudine conseruatiōis subditorum. Secundo pro defectu ipsorum. Et istam duplicem afflictionem passus est apostolus. Primum cum dicit. Preter illa que extrinsecus 2c. Quasi dicat. Preter omnia que exterius patior 7 passus sum angit me grauius interior afflictio. Sollicitudo subditorum. Et id dicit. Instantia omnia ecclesiarum magna est 7 multū grauat: qđ multum sollicitat. Luc. 10. Martha martha sollicita es 7 turbaris erga plurima. 2c. Ro. 12. Qui preest sollicitudine. Secūdam afflictionē passus est pro defectu subditorum: 7 hoc dupliciter. scz pro defectu spiritualium. Unde dicit. Quis infirmas in fide 7 bono 7 ego nō infirmos in corde volēs de eo sicut de me. 1. Cor. 9. Factus sum infirmis infirmus. 2c. Iere. 9. Quis dabit capiti meo aquā. 2c. Item pro defectu corporalium. Quis dicit. Quis scandalizat malo pene. i. quis patit tribulationes 7 ego nō vror igne compassionis. Iste ē ignis que dominus venit mittere in terram. Luc. 12. Et attende qđ congrue vitur hoc verbo vror: quia cōpassio pcedit ex amore dei 7 proximi qui ē ignis cōsumens: vum mouet ad subleuandas miseras proximorum 7 purgat ex affectu cōpassiōis: 7 per que nobis peccata relaxant. charitas autem illius cōpassionis operit multitudinem peccatorum. Vel aliter. Aliquādo enim labitur homo in peccatum ex seipso: tunc infirmas. Aliquādo autē ex malo exemplo aliorum 7 tūc scandalizatur. Luc. 17. 7 Mat. 18. Ne homini illi per quem scandalizatur veniat. Deinde cum dicit. Si gloriari oportet 2c. confirmat quedā vicio superius. Vel dicit qđ supra loquitur quantum ad mala que pertulit cōmendabiliter: hic autē quantum ad mala que vitauit prudenter. Sed quia vitare pericula que surgunt ppter fidem videt p̄tinere ad infirmitatem. Ideo primo premittit qđ in illis qđ infirmitatis sunt vult gloriari. Secundo proponit iuramentū ad cōfirmationē dicendorum sibi. Deus 7 pater 2c. Tertio ostendit modū vitandi ibi Damasci. 2c. Proponit ergo primo de quibus gloriatur si debet gloriari dicens. Si pro quia oportet gloriari qđ sunt infirmitatis mee gloriabor. Quasi dicat. Alij gloriant in genere 7 in alijs mundanis reb? Phil. 3. Glia in cōfusione. 2c. Et ego etiā coactus gloriari sum in eis. Tū si gloriari oportet gloriabor in infirmitatib? meis. infra 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis 2c. Secundo subdit qđ non mentitur inuocans testimoniū diuinum per modū iuramenti vt credatur sibi dicens. Deus 7 pater. 2c. Tū tria ponit. Unum per quod inducit ad amorem. Unde dicit. Deus Iere. 9. Quis non timebit te. 2c. Aliud per quod excitauit ad amorem. Unde dicit. Pater. Jac. pmo. Omne datū optimū 2c. Gal. pmo. Si ego pater vbi est amor meus? Vel fm aliam litterā honor meus. Tertium per qđ mouet ad reuerentiam et laudem. Unde dicit. Qui est benedictus deus in secula supra. pmo. Benedictus deus 7 pater. 2c. Iste ergo tā reuerendus tā diligendus tam timendus sat qđ nō mentior scz in his que dixi 7 diciturus sum supra pmo. Non est apud nos ē 7 nō 2c. Consequenter cum dicit. Damasci prepositus. 2c. Ostendit quanta mala vitauit 7 hoc in quodam particulari periculo. Tū sciendū ē qđ apostolus pmo cepit predicare xpm in damasco. vbi dux

pergeret xpianos capere prostratus ē 7 ad fidem conuersus. Et ideo iudei ad prepositum illius ciuitatis qđ erat ibi pro aretha rege confugerunt vt paulum caperent et occiderent. Et ideo ille faciebat custodiri nocte et die portas ciuitatis vt dicitur Actuum. 9. Christiani autē qui erant ibi volentes seruare paulum: eum submiserunt in sporta per murum 7 sic euasit. Hunc ergo modum euadendi tangit apostolus dicens. Vere nō mentior de hoc quod dico etiam modo. Nam damasci. 2c. id est prepositus qui sub aretha rege genti damascenorum preerat custodiri faciebat inductus a iudeis ciuitatem damascenorum. ad hoc scilicet vt me comprehenderet 7 comprehensum assignaret iudeis ne amplius predicarem: sed ego per fenestram submissus sum per murum: sic effugi manus eius scilicet prepositi. Et hoc fuit de mandato domini dicentis. Matthei. x. Si vos persecuti fuerint. 2c. Sic michol dauid posuit per fenestram: ne caperetur a saule primi Regi. 19. Sic Raab exploratores dimisit cū fune per fenestram. Josue. 2. Sed hic obijcitur contra apostolum primo quis videtur qđ non fuerit sufficienter confusus in domino sed fugit. Respondeo dicendum est qđ qđ ad est humanum auxilium homo non debet confugere ad auxilium diuinum: quia hoc esset tempore deum. sed debet vti illo auxilio quantum potest. Apostolo autem nondum deerat humanum auxilium. Secundo obijcitur quia ioh. 10. dicitur. Mercennarius autem et qui non est pastor videt lupum venientem 7 fugit. Anō videtur qđ non fuerit bonus pastor. Respondeo dicendum est qđ aliquando queritur persona prelati tantum. aliquādo cum prelato totus populus. Quando ergo queritur prelatus solus tunc debet committere curam alteri 7 absentare se. Et sic fecit hic paulus. Et ideo dicit glo. qđ licet fugeret tamen fuit ei cura de ouibus: bono pastori in celo sedenti eas cōmendando 7 vtilitati eorum se per fidem preferuando. Quādo vero queritur totus grex tūc debet preponere vtilitatem 7 salutem gregis saluti corporis sui. Nota autem qđ est quedam fuga humilitatis quando quis fugit honores: sicut christus fugit. Jo. 6. Cum vidisset qđ vellent eum eligere in regem fugit. Sic Saul cum electus fuit in regem abscondit se domi primi Regi. 10. Quedam vero fuga est cautele: quando scilicet fugit pericula vt preferuetur ad maiora. Sic helyas fugit propter lezabel. tertij Regi. 19. Et sic apostolus hic fugit manus prepositi.

### Capitulum duodecimum.

**I** gloriari oportet: nō expedit qđ dem. Teniam autem ad visiones 7 reuelationes domini. Scio hominē in xpo ante annos quatuordecim siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit: raptum huiusmodi vsq; ad tertium celum.

Postea sua cōmendatione quantum ad mala perpeffa: hic consequenter apostolus cōmendans ostendit p̄minentiam sue dignitatis quantum ad bona diuinitus recepta. Prima autem gloriatio fuit de infirmitatibus. Ista vero est de bonis eius. Unde circa hoc duo facit. Primo commendat se de bonis susceptis diuinitus. Secundo excusat se de hac cōmendatōe qđ hoc fecerit quasi cap

# Explanatio sancti Thome

factus ibi. Factus sum insipiens. 27. Circa primum duo  
facit. Primo extollit magnitudinem eorum que sibi  
collata a deo. Secundo manifestat remedium in firmita-  
tis sibi adhibitu contra periculum superbie. ibi. Et ne  
magnitudo. 27. Circa primum duo facit. Primo ponit do-  
num sibi diuinitus collatum. Secundo ostendit quomodo  
se habuit in gloriando de huiusmodi bono ibi. Pro hu-  
iusmodi gloriatio. 27. Circa primum duo facit. Primo ostē-  
dit qd sit hoc sibi collatum diuinitus in generali. Secūdo  
vero in speciali. ibi. Scio hominē. 27. Bonū autē apo-  
stolo collatū diuinitus sunt reuelationes sibi diuinitus fa-  
cite. 27. de istis vult hic gloriari. Unde dicit. Si gloriari  
oportet. i. quia gloriari oportet propter vos. tamen finis  
se non expedit. quia qui gloriatur de bono recepto inci-  
dit in periculum amittendi qd habet. Eccl. 43. Aperti  
sunt thesauri. s. virtutū per gloriationē inanē et euane-  
runt nebule sicut auct. Et hoc significat in ezechia. Eia.  
39. quādo ostendit thesauros domus domini nuncijs re-  
gis babilonis. Et licet simpliciter nō expediat gloriari  
tamen aliquādo ppter aliquā specialē cām potest homo  
gloriari sicut ex pmissis manifestū est. Et ideo dicit. Et  
gloriari oportet. ideo dimissis cōmendationib⁹ de infir-  
mitatibus: veniam cōmendando me ad visiones et reue-  
lationes domini. **Ubi notandū est qd differentia est inter  
visionem et reuelationem. Nam reuelatio includit visio-  
nem et non econuerso. Nā aliquādo vidēt aliqua quorū  
Intellectus et significatio ē occulta videntis: tunc est visio  
solus. Sicut fuit visio pharaonis et nabuchodonosor  
Dan. 2. et Hen. 41. Sed quādo cum visione habetur si-  
gnificatio intellectus eorū que vidētur: tūc est reuelatio  
Unde quātū ad pharaonem et nabuchodonosor visio de  
spiciis et de statua fuit solum visio sed quantū ad ioseph  
et danielē qui significationē visorum habuerunt fuit re-  
uelatio et pphetia. **Utrumq; tamen scz visio et reuelatio  
quādoq; quidē sit a deo. Dan. 2. Est deus in celo reue-  
lans mysteria. **Eccl. 12. Ego visiones multiplicavi eis  
ps. Reuela oculos meos: c. Quādoq; vero a malo spi-  
ritu. **Jer. 23. **Prophete pphetabāt in baal. **Apostolo  
autē facta est et visio et reuelatio qz secreta que vidit ple-  
ne intellexit a domino non a malo spiritu. **Uñ dicit do-  
mini. **Est autem reuelatio amoris velamenti. **Pōt autē  
esse duplex velamen. **Unū ex parte videntis: et hoc ē in-  
fidelitas vel peccatus vel duricia cordis. et de hoc supra  
tertio. **Uq; in hodiernum diem velamen. 27. **Aliud ex  
parte rei vise: quando scz res spiritualis proponitur ali-  
cui sub figuris rerum sensibilū: et de hoc dicit Numeri  
4. **Quia sacerdotes tradebant leuitis vasa sanctuarij ves-  
lata: quia scilicet debiliores nō possunt spiritualia capere  
se fin qd in seipsis sunt. **Et ideo dominus loquebat tur-  
bis i parabolis. **Mat. 13. **Et dicitur quēter visiones et reue-  
lationes huiusmodi manifestat apostolus in speciali lo-  
quens de se tanq; de alio. **Unde dicit. **Scio hominē in  
xpo. 27. **Et ponit duas visiones. **Prima incipit hic. **Se-  
cunda vero incipit ibi. **Et scio huiusmodi hominē i xpo  
27. **Circa primā autem visionē vtitur apostolus quadā  
distinctione. **Dicit se enim circa huiusmodi reuelationē  
scire quedam et quedā nescire. **Dicit autem se scire certa  
scz videntis conditionem. **Unde scio hominē in christo.  
Visionis tempus quia ante annos quatuordecim et visio-  
nis fastigium qz raptus vsq; ad tertium celū. **Dicit au-  
tem se nescire videntis dispositionem: quia siue in corpo-  
re siue extra corpus nescio. **Videamus ergo ea que scia-  
uit vt per nota ad ignota facilius peruenire possimus.  
Et primo videntis conditionē que est laudabilis: quia i  
xpo id est cōformē xpo. **Sed ptra. **In xpo nullus est nisi**

qui habet charitates qz pte Jo. 4. 31. **Aut manet i cha-  
ritate in deo manet. **Et qd sciuit se habere charitates qd  
est contra illud. **Ne sciat homo vtrū odio vel amore dign⁹  
sit. 27. **Respondeo qd esse in xpo pōt intelligi dupliciter  
Uno modo p fidem et fidei sacramentū fin illud a postor-  
li Gal. 3. **Quotquot baptizati estis: xpm induistis. s. p  
fidem et fidei sacramentū. **Et hoc modo sciuit se apostol⁹  
in xpo esse. **Alio modo dicit aliquis esse in xpo per cha-  
ritatē: et hoc modo nullus scit se esse in xpo certitudinali-  
ter: nisi per quedā experimenta et signa: inquantū sentit  
se dispositum et cōiunctū in xpo. ita qd nullo modo etiam  
propter mortē pmitteret se separari ab eo. **Et hoc de se  
expertus erat apostolus cuz dicebat Ro. 8. **Certus enim  
sum qd neq; mors neq; vita 27. separabit nos a charitate  
Unde potuit habere huiusmodi signa qd est in charitas  
te xpi. **Secundo visionis tēpus qd fuit cōueniens qz ante  
te annos quatuordecim: qz quatuordecim anni tranfacti  
erant ab eo tēpore quo viderat visionē vsq; ad tempus  
quo scripsit hanc epistolam. **Quando em̄ hanc epistolā  
scripsit nōdum apostolus erat positus in carceres. **Et sic  
videt qd fuit circa principiu imperij neronis a quo post  
multū tempus occisus fuit. **Unde si cōputemus annos  
descendentes a principio imperij neronis vsq; ad qua-  
tuordecim annos manifeste apparet qd apostolus habuit  
it has visiones in principio sue cōuersionis. **Ne em̄ con-  
uersus fuit ad xpm anno quo xps passus est. **Xps autem  
passus est circa finē tiberij cesaris: quo mortuo successit  
ei gajus imperator: qui vixit quatuor annis. post quem  
nero factus est imperator. **Et sic inter tiberium et nero-  
nem fluxerunt quatuordecim anni. **Et sic additis duobus  
bus annis de tempore tiberij quia nōdū mortu⁹ erat quā  
paulus fuit cōuersus de tempore neronis qd fluxerat vsq;  
qz ad tempus quādo scripsit hanc eplam relinquit qd a  
tēpore sue cōuersionis vsq; ad tempus quo hanc epistolā  
scripsit fuerunt anni quatuordecim. **Et ideo quidam vi-  
cunt satis probabiliter qd apostolus has visiones habuit  
in illo triduo quo post prostrationē suā a domino ste-  
tit neq; videns neq; manducans neq; bibens. **Act. 9.  
Comemoratur autē tempus sic cōuersionis ap̄s vt ostē-  
dat qd si a tēpore sue cōuersionis tūc erat gratus xpo vt ta-  
lia sibi ostenderet quātomagis post quatuordecim annos  
cū profecerit et in auctoritate apud deū et in virtutibus et  
gratia. **Tertio videam⁹ fastigiu visionis qd quidē excel-  
lens: quia raptus vsq; ad tertium celum. **Sz sciendū qd  
aliud est furari et aliud rapti. **Furari quidem pprie ē cuz  
res alicui latenter aufertur. **Unde Hen. 41. dicebat Jo-  
seph. **Furtim sublatus sum. **Sed rapti pprie dicit quod  
subito et p violentiā aufert. **Job. 6. **Sicut torres raptim  
id ē subito et rapide transit i cōuallib⁹. **Unde ē qd p̄dones  
qui violenter expoliant dicunt raptores. **Sz attende qd  
aliquis hō dicit rapti ab hoib⁹ sicut enoch. **Sap. 4. **Rap-  
tus ē ne maleicia 27. **Aliquā rapti aia a corpore. **Luē. 12.  
Stulte hac nocte aia tua 27. **Aliquā aliq; dicit rapti a se-  
ipso quā ppter aliqd homo efficitur extra seipm et hoc est  
idē qd extasis. **Sz et extra seipm efficit homo et p appeti-  
tuum virtutē et p cognitiuā. **Per appetitū em̄ virtutē  
tē hō ē solū in seipso quā curat qd sunt sua tūc. **Efficit vero  
extra seipm quā nō curat que sūt sua sed qd quērit ad bo-  
na aliorū. et hoc facit charitas. **1. Cor. 13. **Charitas non  
querit qd sua sunt. **Et de hac extasi dicit Diony. 4. cap.  
de diuinis noib⁹. **Est autē extasim faciens diuin⁹ amor nō si-  
nens amatorē suisipm esse sed amatorē scz rex amatarū.  
Secundum cognitiuā vero aliquis efficit extra se quan-  
do aliquis extra naturalē modū hois eleuatur ad aliqd  
videndum: et de isto rapta loquit hic ap̄tus. **Sed sciens**

## in epistolā II ad Corinthios XII

dum q̄ modus naturalis humane cognitionis est vt cognoscat simul per vim mentalem que est intellectus & corporalem que est sensus. Et inde est q̄ homo nō habet in cognoscendo liberū iudicium intellectus nisi quādo sensus fuerit in suo vigore bene dispositi absq̄ aliquo ligationis impedimento: cum impediunt etiā iudicium intellectus impedit: sicut in dormientibus patet. Tunc ergo homo efficitur extra se s̄m cognitiuā quando remouetur ab hac naturali dispositione cognitionis que ē vt intellectus ab vsu sensuum & sensibiliū rerū abstract⁹ ad aliqua videnda moueat. **Q̄d** quidem contingit dupliciter. **Q̄no** modo per defectum virtutis vnde cuiq̄ talis defectus contingat: sicut accidit in freneticis & alijs mente captis. & hec quidē abstractio a sensibus nō est eleuatio hominis sed potius depressio: quia virtus eorū debilitatur. **Alio** vero modo per virtutem diuinā & tūc proprie dicitur eleuatio q̄ cum agens assilēt sibi patiens abstractio que fit virtute diuina & est supra hominē: ē aliquid altius q̄ sit hominis natura. Et ideo raptus sic acceptus diffinitur sic. **Raptus** est ab eo q̄d est s̄m naturā in id q̄d est supra naturā in vi superioris nature eleuatio. In qua quidem diffinitione tangitur eius genus v̄ dicitur eleuatio. **Causa** efficiens quia vi superioris nature. **Et** duo termini mor⁹. s̄. a quo & in quē cū dicit ab eo q̄d est s̄m naturā in id quod est supra naturā. **Sic** ergo patet de raptu. **Sequitur** de termino raptus. s̄. ad quem cū dicitur. **Atq̄** in tertium celum. **Notandum** est autē q̄ tertium celum tripliciter accipit. **Q̄no** modo s̄m ea que sunt infra animam. **Alio** modo s̄m ea que sunt in anima. **Tertio** modo s̄m ea que sunt supra animā. **Infra** animā sunt omnia corpora vt dicit **Aug⁹** in libro de vera religione. **Et** sic possumus accipere triplex celum: corporeū sc̄z arētū & derēum & empyrreum. **Et** hoc modo dicit q̄ ap̄ls erat raptus vsq̄ ad tertium celum. i. vsq̄ ad vidēdum ea que sunt in celo empyrreo: non vt existeret ibi: quia sic sciret si fuisset siue in corpore siue extra corpus. **Vel** s̄m damascenum qui nō ponit celum empyrreū possumus dicere q̄ tertium celum ad q̄d raptus ē apostolus est supra octauā speram vt. s̄. euidenter videret ea q̄ sunt supra totam naturā corporalem. **Si** autem accipiam⁹ celum s̄m ea que sunt in ipsa anima: sic celū debem⁹ dicere aliquam altitudinem cognitionis que excedit naturales cognitionē humanā. **Est** autē triplex visio. s̄. corporalis per quā videmus & cognoscimus corpora spiritualia siue imaginaria qua videmus similitudines corporum. & intellectualis qua cognoscimus naturas rerū in se ipsis. **Nam** proprie obiectum intellectus est quod q̄d est huiusmodi autem visiones si stant s̄m naturalem modū puta si video aliquid sensibile si imaginor aliquid prius visum si intelligo per fantasmatā nō possunt dici celum. **Sed** tunc quelibet istorum dicitur celum quando est supra naturalem facultatem humane cognitionis: puta si aliquid vides oculis corporalibus supra facultatem nature: sic es raptus ad primū celum. **Sicut** balthasar raptus est videns manum scribentis in pariete. vt dicitur **Dan. 5.** **Si** vero eleueris per imaginationem vel p̄ spiritum ad aliquid supernaturaliter cognoscendum: sic es raptus ad secundū celum. **Sic** raptus fuit petrus q̄n vidit lintbeum immissum de celo. vt dicitur **Act. 10.** **Et** si aliq̄s videret ipsa intelligibilia & naturas iporū nō per sensibilia nec per fantasmatā sic esset raptus vsq̄ ad tertium celum. **Sed** sciendum est rapti ad primum celū est alienari a sensibus corporalibus. **Unde** cum nullus possit abstrahi totaliter a sensibus corporeis: manifestum ē q̄ nullus pot̄ dici simpliciter raptus in primū celū s̄z p̄

quid. **In** quantum contingit aliquādo aliq̄ sic esse intentum ad vnum sensum q̄ abstrahitur ab actu aliorū. **Nam** p̄ ad secundū celū ē quādo aliquis alienat⁹ a sensu ad videndum quedam imaginabilia. vnde tales semper consueverunt fieri in extasi. **Et** idē **Act. 10.** **Quādo** petr⁹ vidit lintbeū dicitur q̄ factus fuit in extasi. **Paulus** vero dicitur raptus ad tertium celum q̄ sic fuit alienat⁹ a sensibus & sublimatus ab omnibus corporalibus vt videret intelligibilia nuda & pura eo modo quo vident angeli et anima separata: & quod plus est etiā ipsi v̄ deū per essentiam vt **Augustin⁹** expresse dicit. **12. super Gen. ad litteram** & in glo. & ad paulinam in libro de videndo deum. **Nec** etiam est probabile: vt moyses minister veteris testamenti ad iudeos viderit deum & minister noui testamenti ad gentes & doctor gentium hoc dono fuerit priuatus. **Unde** dicit ipse supra. **3. Si** ministratio dānationis fuit in gloria &c. **De** moysē autē q̄ viderit deū p̄ essentiam patet. **Nam** ipse a domino petiuit. **Exo. 33.** **Quidē** mihi faciem tuam. **Et** licet tunc negatū fuerit sibi nō t̄n dicitur q̄ dominus finaliter negauerit ei. **Unde** dicit **Augustinus** q̄ concessum fuit ei per hoc q̄d dicitur **Rumet. 12.** **Si** quis fuerit inter vos propheta domini. &c. **Et** vero non talis seruus meus moyses &c. palam enī & nō per enigmata videt deum. **Sed** nunquid fieri potuisset paulo vt nō raptus videret deum. **Dicendū** q̄ nō. **Nā** impossibile est q̄ deus videatur in vita ista ab hominē nō alienato a sensibus: quia nulla imago nullū fantasma est sufficiens mediū ad dei essentia ostendendā: ideo oportet q̄ abstrahat⁹ & alienet⁹ a sensibus. **Tertio** modo accipiendo celum s̄m ea que sunt supra animam: sic triplex celum est triplex hierarchia angelorum: & s̄m hoc apostolus raptus fuit vsq̄ ad tertium celum. id est ad hoc vt videret essentiam dei: ita clare sicut vident eum angeli superioris & prime hierarchie qui sic vident deū q̄ immediate in ipso deo recipiunt illuminationes & cognoscunt diuina mysteria. **Et** sic vidit paul⁹. **Si** ergo sic vidit essentiam sicut angeli superioris hierarchie. ergo bñ videtur q̄ ap̄ls fuerit beatus & p̄ cōsequēs fuerit immortal⁹. **Unde** q̄ licet viderit deū per essentia nō tamē fuit beatus simpliciter sed solū s̄m quid. **Sciendū** ē autē q̄ visio dei p̄ eētia fit per lumen aliquod. s̄. p̄ lumē glorie: & quo d̄ in ps̄. **In** lumine tuo videbimus lumen. **Et** aliquid lumē cōtatur alicui per modū passionis: alicui vero per modū forme inherēntis: sicut lumē solis inuenitur ī carbunculo & in stellis vt forma inherens. i. connatural effecta: sed in aere inuenit vt forma transiens & non permanēs q̄ transit abeunte sole. **Sic** et lumē glorie dupliciter mētī infundit. **Q̄no** modo p̄ modū forme cōnatural facte & p̄manentis: & sic facit mentē simpliciter beatam. **Et** hoc modo infundit beatis in patria: & ideo dicuntur cōphensores: & vt ita dicā visio: eos. **Alio** mō cōtingit huiusmodi mentē hūanā sicut q̄dam passio transiens: & sic mens pauli fuit in raptu lumine glie illustrata. vñ etiam ipsum nomen raptus ostendit transcundo hoc eē factum & ideo nō fuit simpliciter glificatus nec habuit dorē glie. cum illa claritas non fuerit effecta proprietaria. **Et** propter hoc non fuit deriuata ab anima in corpus: nec in hoc statu perpetuo permansit. **Unde** solus actum beati habuit in ipso raptu sed nō fuit beatus. **Sic** p̄ hoc patet quid apostolus sciuit in suo raptu. scilicet videntis conditio nem visionis tempus: et visionis fastigium. **Sequitur** quid nesciuit scilicet vtrum esset in corpore v̄ extra corpus: quod tamen dicit deū scire. **Unde** dicit. **Sicut** in corpore siue extra corpus nescio: deus scit. q̄d quidam intelligere voluerūt vt raptus referat⁹ ad corpus:

# Explanatio sancti Thome

Dicitur apostolus dixisse se nescire non quidem an anima esset coniuncta corpori in illo raptu an non sed esset raptus secundum animam et corpus simul: ut simul corporaliter portaretur in celum sicut abachuc portatus fuit Dan. ultio. an secundum animam tantum esset in visionibus dei: ut dicit Ezech. 8. In visione adduxit me in terram israhel. Et iste fuit intellectus cuiusdam iudei quem exprimit hieronymus in prologo super Dan. ubi dicit denique et apostolus nostrum dicit non fuisse autem affirmare se raptum in corpore sed dixisse siue in corpore. Sed hunc intellectum Augustinus maxime improbat. 12. super gen. ad litteram: quod non convenit cum alijs verbis apostoli. Apostolus enim dicit se raptum usque in tertium celum. Unde sciuit pro certo illud fuisse verum celum. Sciuit ergo an illud celum esset corporeum an incorporeum. id est res incorporea. Sed si fuit incorporeum sciuit quod corporealis iter ibi rapti non potuit quia in re incorporea non potest esse corpus. Si vero corporeum fuerat sciuit quod non fuit ibi anima sine corpore quia anima coniuncta corpori non potest esse in loco ubi non est corpus: nisi celum corporeum dicatur similitudo celi corporei. Sed si sic apostolus non dixisset se scire quod esset raptus in tertio celum. id est in similitudinem celi: quia pari ratione dicere potuisset quod fuisset raptus in corpore. id est in similitudine corporis. Dicendum est ergo secundum Augustinum quod diuinam essentiam nullus in hac vita postuit et hac mortali vita viuens videri potest. Unde dicit dominus Exo. 33. Non videbit me homo et viuet. id est non videbit me homo nisi totaliter separetur a corpore. ita scilicet quod anima eius non inest corpori ut forma vel si inest ut forma tamen mens eius omnino in huiusmodi visione totaliter alienetur a sensibus. Et ideo dicitur quod hoc quod apostolus dicit se nescire vtrum scilicet in illa visione anima eius fuerit totaliter separata a corpore. Unde dicit siue extra corpus vel vtrum anima eius extiterit in corpore ut forma tamen mens eius fuerit a sensibus corporeis alienata. Unde dicit. Siue in corpore. Et hoc etiam alij concedunt.

## Lectio secunda.

**E**scio huiusmodi homines siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit. quoniam raptus est in paradysum: et audiuit archana verba que non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor. pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis. Nam si si voluero gloriari non ero insipiens: veritatem enim dicam. Parco autem ne quis me existimet supra id quod videt in me. aut audit aliquid ex me.

Posito primo raptu. ponitur consequenter secundus raptus. Et duo facit. Primo ponit raptus. Secundo raptus excellentia. ibi. Et audiuit archana. 12. Sed notandum quod glo. dicit istum raptum esse alium a primo. Et si bene consideretur bis legitur aliquid de apostolo ad quod possunt isti duo raptus referri. Nam Act. 9. legit de eo quod stetit tribus diebus non videns et nihil manducans neque bibens: et ad hoc potest referri primus raptus: ut scilicet tunc fuerit raptus usque ad tertium celum. Sed Act. 22. legitur quod factus est in seipso in stupore mentis: et ad hoc refertur iste secundus raptus. Sed hoc non videtur verisimile quia quando in stupore mentis factus fuit missus iam fuerat in carcere apostolus. sed hanc epistolam scripsit apostolus diu ante vnde prius scripta fuit hec epistola quam apostolus fuisset in stupore. Et ideo dicendum est quod differt iste raptus

a primo quantum ad id in quo raptus est. Nam in primo raptus est in tertium celum. In secundo vero in paradysum dei. Si vero aliquis tertium celum acciperet corporaliter secundum primam acceptionem celorum superius positam vel si fuerit visio imaginaria posset similiter dicere paradysum corporalem ut diceretur quod fuerit raptus in paradysum terrestrem. sed hoc est contra intentionem Augustini secundum quem dicimus quod fuit raptus in tertium celum. id est visionem intelligibilem secundum quod in seipsis et in proprijs naturis videntur et si prout dicitur est. Unde secundum hoc oportet nos non aliud intelligere per celum et aliud per paradysum: sed vnum et idem per vtrumque scilicet gloriam sanctorum sed secundum alium. Celum enim dicit altitudinem quandam cum claritate: paradysum vero quandam iocundam suauitatem. In sanctis autem beatis et angelis deum videntibus sunt excellenter hec duo. quod est in eis excellentissima claritas qua deum vident: et summa suauitas qua deum fruuntur. Et ideo dicunt esse in celo quod est ad claritatem et in paradiso quantum ad suauitatem. 12. 12. 66. Videbitis et gaudebitis 12. Fuit ergo vtrumque collatum apostolo. ut scilicet sublimaretur ad illam altissimam claritatem cognitionis: et hoc significat cum dicit. Ad tertium celum et vtrum sentiret suauitatem diuine dulcedinis. vnde dicit in paradysum. ps. Magna multitudo dulcedinis tue 12. Apoc. 2. Vincenti dabo manna absconditum 12. Et ista dulcedo est gaudium de diuina frustione. de qua Mat. 25. dicitur. Intra in gaudium domini tui. Sic ergo patet terminus raptus quia in paradysum id est in eam dulcedinem qua indeficienter refectuntur illi qui sunt in celesti hierusalem. Consequenter sequenter ipsius raptus excellentia quia audiuit archana que non licet homini loqui. Et hoc potest dupliciter exponi. Uno modo ut si homini construat cum licet et loqui et sensus est. Audiuit archana verba. id est percipit intima cognitione de secreta dei essentia quasi per verba que si verba non est licitum ut homini dicant. Alio modo ut si homini construat solum cum non licet: et tunc est sensus. Audiuit verba. 12. que verba non licet homini loqui homini. scilicet imperfecto. Sciendum autem quod secundum Augustinum paulus est raptus ad videndum diuinam essentiam. que quidem non potest videri per aliquam similitudinem creatam. Unde manifestum est quod illud quod paulus vidit de essentia diuina nulla lingua humana potest dici: alius deus non est incomprehensibilis. Et ideo secundum primam expositionem dicendum est. audiuit. id est considerauit archana verba. id est magnificentiam diuinitatis quam nullus homo potest loqui. Dicit autem audiuit pro vidit. quia illa consideratio fuit secundum interiorum actum anime in quo idem est auditus et visus secundum quod dicitur Numeri. 12. Ore ad vos loquitur ei et palam. 12. dicit autem illa consideratio visio in quantum deus videt in hoc et locutio in quantum homo in ipsa instruit de diuinis. Et quod huiusmodi spiritualia non sunt padenda simplicibus et imperfectis sed perfectis secundum quod dicitur primo Cor. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. id est. Secundo modo exponit quod secreta que ibi audiuit non licet mihi loqui homini. id est imperfectis sed spiritualibus inter quos loquimur sapientiam. Proverb. 25. Alia dei est celare verbum. id est. hoc ipsum quod necesse est celare magna lia dei pertinet ad gloriam dei. ps. secundum translationem hieronymi. Tibi silet laus dei. id est. in comprehensibilis est verbis nostris. Deinde cum dicit pro huiusmodi gloriabor. 12. ostendit quod se habet ad gloriam. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit se non gloriari de homini relationibus. Secundo insinuat se habere aliquid propter illud vnde gloriari possit ibi. Nam si voluero 12. Tertio assignat causas que non gloriatur de omnibus. ibi. Parco autem ne quis 12. Circa primum sciendum est quod hoc quod dicit. pro huiusmodi autem gloriabor. 12. potest dupliciter legi. Uno modo ut apostolus ostendat se esse ipsum

## in epistolā II ad Corinthios XII

pro quo gloriatur ut scy ipse sit qui vidit has visiones. Alio modo ut ostendat qd alius sit qui vidit has visiones. Sciendū est est qd in homine duo possunt considerari scz donum dei et humana conditio. Si ergo aliquis gloriatur in aliquo dono dei ut a deo accepto illa est bona gloria: quia sic in domino gloriatur ut dicitur supra. x. Sz si gloriatur de illo dono sicut a se habito tunc mala ē gloriatio huiusmodi. pte. **Cor. 4.** Quid habes quod nō accepisti. Si autē accepisti quid gloriaris quasi nō accepisti. Dicit ergo apostolus fm hoc p hmoi scz visionibus et donis dei mihi collatis gloriabor. Pro me autē nō id ē non gloriabor inde quasi a me accepim: quia a deo habui. Sed si pro me oportet gloriari nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis id est nō habeo unde possum gloriari nisi de infirma conditione mea. Si autē exponat ut ostendat aliū esse qui nō vidit et si ipse sit: tunc ē sensus ut quasi loquat de quodā alio dices. Pro huiusmodi gloriabor. id est pro illo homine qui hoc vidit et qd hec dona recepit gloriabor: sed pro me quasi velim manifestare me esse talem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. id est de tribulationibus quas patior. Sz qd isti possent sibi dicere. **Apostole** nō est mirū si non gloriaris quia nō habes unde gloriaris. Ideo apłs ostendit qd etiam preter illas visiones habet aliquid unde possit gloriari dicens. Licet pro huiusmodi boie glorier et nō pro me tamē etiā bene pro me possum gloriari. nā si voluero gloriari et. vel pro hmoi tribulationibus vel pro alijs mihi a deo collatis vel etiā pro infirmitatibus non ero insipiens. id est nō insipienter agam. Et quare Veritate enim dicam de alijs de quibus pter dictas visiones gloriari possū. **Dicit autē** nō ero insipiens quia gloriabatur de his que habebat. Quādo enī gloriatur quis de his que nō habet stulte gloriatur. **Apo. 3.** Dicitis qd vides sū et nullius ego et nescis et. Et quia gloriabatur ex causa sufficienti ut ex predictis est manifestū. **Consequenter autē cū dicit.** Parco autē et. Ostendit rationē quare non gloriatur de oibz si pot gloriari que quidem nō est ut eis parcat. Unde dicit parco autē. **Quasi dicat.** Possez de pluribus alijs gloriari: sed parco. i. parco glorio: vel parco vobis cōmendando me: nolens esse onerosus vobis. Nam talia mihi deus concessit que si sciretis reputaretis me multo maiorem: et hec sūt dona gratuita multa que habebat apostolus. Et quibz homines huius mundi cōsueverunt plus cōmendare homines et maiores eos reputare qd ex gratiū facientibz. Et iō dicit. **Holo** ex gratiū tuitis cōmendari. Et iō parco. i. nō glorio. Et quare? Me quis existimet me cōmendare vel gloriari: supra id qd videt. et. Vel aliter homo dupliciter cognoscitur p quersationē et doctrinā suā. **Apostolus autē** volebat aliquid de se dicere: licet posset que excedebāt et vitam et doctrinam suam. Et ideo parco autē ne quis existimet me esse supra id quod videt de cōversatione mea exteriori aut audit aliquid ex me. id est ex doctrina p dicationis et exhortationis et instructionis mee: qd forte crederēt eum esse vel imortalem vel angelū. **Prover. 11.** Vir prudēs tacebit. **Prover. 29.** Totum spiritū suū pferit stultus. sapiens differt. et. Vel dicit parco autē et. pro detractionibus scz pseudo qui dicebant eum gloriari ex elatione et nō ex cā neqz de his qd ipso erāt. Et iō dicit parco autē id est parco glorio: ne quis pseudo extimer me excedere elationis spū. supra id. id est in aliquid quod videt i me vel audit ex me. id est supra posse meritorium. ps. **Domine** non est exaltatum cor meū. et. **Ecl. 3.** Quāto magnus es. et.

### Lectio tertia.

**E**t ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qd me colaphizet. Propter qd ter dñm rogavi: ut discederet a me et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate pscificabitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: ut inhabitet in me virtus xpi. Propter qd placeo mihi in infirmitatibus meis: i cōtumelijs: in necessitatibus: in psecutionibz: in angustijs pro xpo. Cū enim infirmior tūc potens sum.

Hic agit de remedio adhibito contra supbia. Et circa hoc tria facit. Primo enī ponit remediū adhibitū. Secūdo manifestat suā ořdem de remedio remouendo. tibi. Propter qd ter dominū et. Tertio insinuat dñi responsionē assignantis rōnē de adhibito remedio ibi. Et dixit mihi dñs et. Circa primū sciendū ē qd plerūqz sapiens medicus pcurat et permittit supuenire infirmo minorē morbū ut maiorē curet vel viter: sicut ut curet spasmus procurat febē. hoc euidenter in se bear apostolus a me dico animaz dño nro iesu xpo factū ostendit. Xps enim velut medicus aīaz sumus ad curandū graues amie morbos pmittit plurimos electos suos et magnos i morbis corporū grauitate affligi. et qd plus ē ad curandū maiora crimina pmittit incidere in minora etiā mortalia. Inter omnia vero pctā grauius peccatū est supbia. Nam sicut charitas ē radix et initium virtutū: sic supbia ē radix et initium oīm vitiōz. **Ecl. 10.** Initium omnis peccati supbia. Quod sic patet. Charitas enī ideo dicitur radix omniū virtutū: qd cōiungit deo qui ē vltimus finis. Unde sicut finis ē pncipiū omniū opabiliū: ita charitas ē pncipiū omniū virtutū. Supbia autē auertit a deo. Supbia enim est appetitus inordinatus excellētie. Si enī aliquis appetit aliquā excellentiā sub deo si moderate quidem appetit et ppter bonū sustineri potest. Si vero nō debito ordine pot quidē alia vitia incurrere scz ambitionis: auaritie seu inanis glorie et huiusmodi: tamē nō est proprie supbia nisi quādo quis appetit excellentiā nō ordinādo illā ad deū. Et ideo supbia ppe die dicta sepat a deo et est radix omniū vitiōz et pessimū omniū: ppter qd deus resistit superbis. ut dicit **Isa. 4.** Quia ergo i bonis ē maxime materia huius vitiū scz supbie: qz eius materia est bonū: pmittit aliquādo electos suos impediri ex aliqua sui pte ut p infirmitatē vel p aliquē defectū: et aliquē etiā p pctū mortale ab hmoi bono: ut sic ex hac pte humilietur qd ex illa nō supbiat. et hō sic humiliatū recognoscat se suis viribus stare nō posse. Cū dicit **Ro. 8.** Diligentibus deū et. Nō quidē ex eoz pctō sed ex ordinatiōe dei. Quia igit apłs magnā habebat supbiendi materiā et q̄tū ad specialē electionē qua a dño electus ē. **Act. 9.** Has electiōnis et. et q̄tū ad secretōz dei cognitionē: qz hic dicit se raptū in tertiu celum et i paradisu vbi audiuit archana verba que nō licet homini loqui et quantū ad maloz pessionē: qz supra. **1j.** In carceribz plurimis in infirmitatibus. ter virgi et. et q̄tū ad virginalē integritatē qz voluēt esse sicut et ego. **1. Cor. 7.** et q̄tū ad honorū operationē qz supra plus omnibus laboraui et spāluter q̄tū ad maximam scientiam qua emicuit que specialiter inflat: ideo dominus adhibuit ei remediū ne in superbiā extolleretur. Et hoc ē quod dicit. Et ne magnitudo

# Explanatio sancti Thome

do reuelationis mihi facite extollat me in superbia. **Acc.**  
**6.** Non te extollas in cogitatione anime tue velut thaurus  
**2c. ps.** Exaltatus autem humiliatus **2c.** Et dicit ut ostens  
dat sibi factas fore reuelationes pdictas. **Parus** est mihi  
id est ad mea vtilitatem et humiliationem. **Job. 30.** Eleua  
sti me et quasi superuentu ponens **2c.** **Parus** est in q̄ mihi  
stimulus crucians corpus meum p̄ infirmitate corporis vt  
anima sanet: q̄ ad littera dicit q̄ fuit vehemeter afflic<sup>9</sup>  
dolore yliaco. **Vel** stimulus carnis mee. i. concupiscentie  
surgens ex carne mea a qua multu infestabat. **Roma. 7**  
**Non** enim qd volo **2c.** Igitur ego ipse mente serui legi dei  
**2c.** **Unde Aug.** dicit q̄ inerant ei motus concupiscentie  
quos tamen diuina gratia refrenabat. **Me** in q̄ stimulus  
est angelus sathane. i. angelus malignus. **Est** autem ang  
gelus a deo missus seu pmissus sed sathane q̄ sathane  
intentio est vt subuertat: dei vero vt humiliet et pbatum  
reddat. **T**imeat peccator: si ap̄s et vas electionis secur<sup>9</sup>  
no erit. **De** remotione autem huius stimuli remouendi  
solicitus erat ap̄s. **Et** ppter hoc orabat. **Et** hoc est q̄  
subdit. **Propter** qd ter. **2c.** **T**ibi sciendu est q̄ infirm<sup>9</sup> ne  
sciens processum medici apponens mordax emplastru  
rogat medicu vt remoueat: qd tamen sciens medic<sup>9</sup> caus  
sam quare faciat. s. p̄p̄t sanitate no exaudit eu quam  
ad voluntate petentis: magis curans de eius vtilitate.  
**S**ic ap̄s sentiens stimulu sibi grauē esse: ad singularis  
medici cofugit auxiliu vt eu remoueat. **Ter** enim exp̄sse  
et deuote rogauit vt de<sup>9</sup> tolleret ab eo. s. stimulu. **2.** **Pa**  
**ralip. 20.** **E**um ignorem<sup>9</sup> quid agere debeam<sup>9</sup>. **2c.** **F**or  
te plures hoc petijt sed expresse et instanter ter eu petijt  
vel ter. i. multotiens. **Ar**narius em̄ est numerus perfe  
ctus. **Et** vere ipse rogandus est: q̄ ipse vulnerat et medet.  
**Job. 5. 7. Luc. 22.** **O**rate ne intretis in temptatione. **2c.**  
**Sequitur** responsio domini. **Et** dixit mihi domin<sup>9</sup>. **2c.**  
**T**ibi duo facit. **Pr**imo ponit dñi responsione. **Sec**do resp  
sionis rōnem assignat. **I**bi. **N**am virtus **2c.** **D**icit ergo.  
**E**go rogauit sed domin<sup>9</sup> dixit mihi. **S**ufficit tibi. **2c.** **N**il  
dicat. **N**o est tibi necessariu q̄ infirmitas recedat a te cor  
poris q̄ non est periculosa q̄ no duceres ad impatientiaz  
cu gratia mea cofortet te. nec infirmitas concupiscentie.  
q̄ no protrahet te ad pctm: q̄ gra mea pteget te. **Ro.**  
**3.** **I**ustificari gratis. **2c.** **E**t vere sufficit gra dei ad mala  
vitanda: ad bona facienda: et ad vira psequenda eternam  
p̄ie **Coz. 15.** **G**ratia dei sum id qd sum. **2c.** **Ro. 6.** **G**ra  
dei vita eterna. **Sed** cotra **Job. 15.** **Q**uicquid petieris  
patre i noie meo **2c.** **Q**uare ergo paul<sup>9</sup> discrete petiuit.  
et tunc debuit exaudiri. aut indiscrete et tunc peccauit.  
**R**ūdeo dicendu est q̄ de vna et eade re pot̄ hō dupliciter  
loqui. **U**no modo fm se et natura illius rei. **A**lio mō fm  
ordinem ad aliud. **E**t sic cōtingit q̄ illud qd est malu fm  
se et vitandu. fm ordinē ad aliud est appetendu: sicut pos  
tio in q̄tum fm se est amara et vitanda: tamen qui cōsiderat  
eam fm ordinē ad sanitatem appetit eā. **E**rgo et stimu  
lus carnis fm se est vitandus et affligens. in q̄tum vero est  
via ad virtutē et exercitiu virtutis: est appetendus. **A**pl̄s  
aut q̄ nodu reuelatu et erat illud secretu diuine puiden  
tie vt ad vilitatem suā cederet: cōsiderabat sibi malum  
q̄tum in se est. et iō petierat suā amonitionē: nec in hoc pec  
cauit: sed deus qui ordinauerat hoc ad bonu humilitas  
sue si exaudiuisset q̄tum ad ei<sup>9</sup> voluntate qd tñ scies p̄ mo  
du ap̄s gloriabat eu diceret. **L**ibenter gloriabor **2c.** **E**t  
licet no exaudierit eum q̄tum ad voluntate: exaudiuisset ta  
mē eu et exaudiret scōs suos q̄tum ad eius vilitate. **Et** dicit  
**Jeronim<sup>9</sup>** in epla ad paulinu. **N**on<sup>9</sup> domin<sup>9</sup> qui sepe no  
tribuit qd volumus: vt tribuat qd mallems. **R**ationē  
aut sue responsionis subdit cōsequenter euz dicit. **N**am  
virtus **2c.** **D**irus modus loquendi. **V**irtus in infirma

te perficit. **I**gnis in aqua crescit. **I**ntelligi vero pot̄ hoc  
qd dicitur **V**irtus perficit in infirmitate dupliciter scz ma  
terialiter et occasionaliter **S**i accipiatur materialiter tūc  
est sensus. **V**irtus in infirmitate pficit. i. infirmitas est mas  
teria exercende virtutis. **E**t primo humilitatis. vt supra  
dictum est. **S**ecdo patientie. **I**aco. 1. **T**ribulatio p̄rien  
tia operatur. **T**ertio temperantie quia ex infirmitate de  
bilitat fomes et temperat<sup>9</sup> efficit quis. **S**i vero accipiat<sup>9</sup>  
occasionaliter tunc virtus in infirmitate pficit. i. occasio  
perueniendi ad pfectā virtutē. q̄ homo scies se infirmu  
magis sollicitat ad resistendū et ex hoc q̄ magis resistit et  
pugnat efficitur exercitior: et per cōsequens fortior. **E**t  
ideo **Leu. 19.** legit et iudic. 3. **Q**uod dominus noluit destrues  
re omnes habitatores terre: sed aliquos referuauit vt. s.  
filij isrl exercitiorer pugnādo cu eis. **S**ic etiam **S**apio  
nolebat destructionē ciuitatis cartaginensis vt. s. dū ro  
mani haberent hostes exterius no sentirent hostes inte  
riores contra quos purius bellū est q̄ contra exteriores  
vt ipse dicebat. **C**onsequenter ponit apostolus effectū  
huius responsionis dñice dicēs. **L**ibenter gloriabor **2c.**  
**P**onit autē duplicē effectū. **A**nus est gloriationis. **U**nde  
de dicit. **Q**uia virtus mea perficit in infirmitatib<sup>9</sup>. igit  
libenter gloriabor in infirmitatibus meis. i. mihi ad vti  
litate meā datis. **E**t hoc q̄ magis cōiungit xpo. **M**ibi  
autē absit gloriari nisi in cruce **2c.** **Gal. vltio. Eccl. 10.**  
**Q**ui in paupate gloriat<sup>9</sup>. **E**t rō q̄ libenter gloriabor  
vt inhabitet in me gratia xpi: vt scz per infirmitates in  
habitet et cōiungit in me gratia xpi. **E**la. 40. **Q**ui dat  
lapso virtutē **2c.** **A**lius effectus est gaudij. **U**nde dicit **P**ro  
pter qd cōplacō **2c.** **E**t circa hoc duo facit. **P**rimo pos  
nit hmoi effectū. **S**ecundo huius effect<sup>9</sup> rōnem assignat.  
Ibi. **Q**ui enim infirmor **2c.** **P**onit autē effectum gaudij et  
materiā gaudij. **D**icit ergo propter qd: quia virtus xpi  
habitat in me in infirmitatibus et in tribulationib<sup>9</sup> om  
nibus: et iō cōplacō mihi id est multu delectat et gaudeo  
de vicis infirmitatib<sup>9</sup> meis. **I**aco. 1. **U**nde gaudij existis  
mate fratres **2c.** **D**efectus aut in quibus ppter gratiaz  
xpi abundanter delectat enumerat. **E**t primo illos q̄ sūt  
a causa interiori et huiusmodi sūt infirmitates. **E**t ideo di  
cit in infirmitatib<sup>9</sup>. **ps.** **M**ultiplicate sūt infirmitates eor  
um postea accelerauerunt scz ad gratiam. **S**ecdo illos q̄  
sunt a causa exteriori. **E**t hos quidem quantū ad verbū  
eu dicit. **I**n contumelijs scz mihi illatis. **Act. 5.** **I**bane  
apostoli gaudentes. **2c.** **E**t quantū ad factū et hoc est quā  
tum ad defectum honorum cu dicit. **I**n necessitatib<sup>9</sup>. i.  
in penurijs necessariorum et in paupertate qua premeba  
tur. **E**t hoc modo accipitur necessitas euz dicit **Roma.**  
**12.** **N**ecessitatibus sanctorum cōmunicantes. **U**el quan  
tū ad experimentuz malorum illatorum et hoc quantum  
ad exteriora. **Mat. 5.** **B**eati qui persecutionem **2c.** cum  
dicit. **I**n persecut ionibus scz corporis quas de loco  
ad locum et vbicq̄ experimur. **E**t quantū ad interiora dñi  
cens. **I**n angustijs id est in anxietatibus animi. **Mat. 13**  
**A**ngustie sunt mihi vndiq̄ **2c.** **S**ed materia omnium hor  
um que faciunt ad gaudij est: quia pro christo. **Q**uas  
si dicit. **I**deo cōplacō quia propter christum patior.  
p̄ie **1. Pet. 4.** **N**emo vestrum patiat<sup>9</sup> quasi homicida  
vel fur. **E**t huius gaudij rationem assignat dicens. **C**uz  
enim infirmor **2c.** **Q**uas dicit. **V**erito cōplacō mihi  
in illis quia quando infirmor **2c.** id est quando ex his q̄  
in me sunt vel ex persecutione aliorum incido in aliquod  
predictorum: adhibetur mihi auxiliu diuinum: per qd  
confirmor. **ps.** **C**onsolationes tue letificauerunt animaz  
meā. **Joel. 3.** **I**nfirmus dicit: q̄ ego fortis sū. **supra. 4.**  
**L**icet is qui fortis noster hō corrupta **2c.** **Exo. 1.** legitur  
q̄ quanto plus premebant filij isrl: tanto plus multi

## in epistolā II ad Corinthios XII

plicabantur.

### Lectio quarta.

**A**ctus sum insipiens vos me coegisti. Ego enim a vobis debui commendari. Nihil enim minus feci ab his quae sunt supra modum apostoli. Tamen nihil sum: signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in omni potentia in signis et prodigiis et virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis praeter ceteris ecclesiis: nisi quod ego ipse non grauavi vos. Donate mihi hanc iniuriam.

Posita commendatione sua: consequenter apud excusat se de his que dixit. ostendens se coactus hoc dixisse quae gloria suam pertinet. Et circa hoc duo facit. Primo in primis corinthiis causam butusmodi glorificationis. Secundo exponit et manifestat hanc causam ibi. Ego enim debui. Dicit ergo. Confiteor quod in his omnibus commendationibus meis factus sum insipiens id est vobis quod opus insipientis fecerim: sed hoc non ex me nec sponte. Immo coactus feci et vestra culpa fuit. quia vos me coegisti id est dedistis mihi occasionem. Frequenter enim subditi cogunt prelatos aliqua facere: que insipienter facta esse iudicari possunt. sed tamen pro loco et tempore sapienter facta sunt. Hoc autem quod dixerat in comuni scilicet quod ipsi fuerunt causa sue commendationis exponit consequenter cum dicit. Ego enim debui. Ubi dicit quod ipsi fuerunt causa sue commendationis. Primo obmittendo bona que facere debuissent. In quo exaggerat eorum ingratitude. Secundo committendo mala in quo detestatur eorum malitiam ibi. Timor enim ne forte. Circa primum duo facit. Primo commemorat quod facere debuissent ostendens causam ibi. Nihil enim minus. Tertio remouet ipsorum excusationem ibi. Quid est enim quod minus. Dicit ergo vere vos me coegistis. quia vos debuissetis facere illud quod ego feci. Unde dicit Ego debui commendari a vobis quod non fecistis quoniam necessitas erat scilicet quando pseudo vilipendendo me et preferendo se reddebant vilem doctrinam et euangelium christi a me predicatum. Unde quia vos non commendastis me ne deperiret fides christi in vobis. propterea in commendatione propria. Sed contra supra tertio dixit Nunquid egemus commendationibus epistolis. Quare ergo voluit commendari ab istis? Respondeo dicendum est quod apud propter se non egubat commendationibus sed propter alios: videlicet dum commendaret doctrinam suam esset in maiori auctoritate et pseudo confutarent. Sed quia possent isti dicere. ideo non commendauimus te: quia non est in te aliquid commendatione dignum. Propter hoc apostolus probat eis quod bene poterant eum commendare cum dicit. Nihil enim. Ostendens esse in se multa commendatione digna. Et primo quantum ad preterita bona que fecit. Secundo quantum ad futura que facere intendit ibi. Ecce tertio hoc paratus. Ostendit autem preterita commendabilia que fecit primo in generali quantum ad omnes ecclesias. Secundo in speciali quantum ad ea que egit apud eos ibi. Tamen nihil. Tertio excludit obiectionem ibi. Quid est enim. Dicit ergo. Dedit debui commendari a vobis. quia multa sunt in me commendatione digna. Nam nihilominus feci ab his scilicet Petro Iacobo et Iohanne qui sunt supra modum apostoli id est qui videntur a quibusdam digniores apostoli quam ego sum. Pseudo enim dicebant quod erant docti a petro et Iohanne qui fuerunt docti a christo et quod petrus et Iohannes seruabant le-

galia vnde et ipsi dicebant seruare. Sed quia nihil minus feci ab eis: nec quantum ad predicationem: nec quantum ad conuersionem fidelium: ostensiones miraculorum et persequutionem laborum: immo plus. quia supra: Plus omnibus laboraui. 1. cor. 15. Habundantius omnibus. Ideo magis sum commendandus. Vel dicunt supra modum apostoli illi scilicet petrus Iohannes et Iacobus. quia fuerunt primo conuersi ad christum. 1. cor. 15. Nouissime autem visus. Si enim hoc accipiat nihil tamen minus fecit eis. quod in modico tempore. et postquam conuersus fuit plus laboraui. Sed esto quod nihil fecerim quantum ad ecclesias alias per quod possem commendari: multa tamen specialia egit apud vos: de quibus potuissetis me commendare. Et ideo dicit: Tamen nihil. id est dato quod nihil fecerim in comparatione ad eos: tamen affectus mee virtutis manifeste apparent in vobis. et primo quantum ad predicationem nostram: quia conuersi estis ad fidem. Et sum apostolus vestrum. Et ideo dicit Signa apostolatus mei. id est mee predicationis facta sunt supra vos a deo in quantum credentes conuersi estis. 1. cor. 9. Signaculum apostolatus mei vos estis. 1. cor. 4. In christo Iesu per euangelium ego vos genui. Secundo per conuersionem per quam confirmatur fides. quia quando vita concordat doctrina maioris auctoritatis est doctrina. et virtus predicatoris magis apparet patientiam. puerb. 19. Doctrina viri per patientiam non scitur. Et ideo dicit In omni patientia. Tertio quantum ad operationem miraculorum. Et ideo dicit In signis. Marc. ultimo. Illi autem profecti. Et hec tria distinguuntur. quia virtus est commune ad omnia miracula. Nam virtus est vltimum de potentia. Et ideo aliquid dicit virtuosum quia ex magna virtute. Quia ergo miracula fiunt ex magna virtute scilicet diuina: ideo dicuntur virtutes. Signum vero refertur ad minus miracula. Prodigium autem ad maximum. Vel dicit signa quantum ad miracula facta de presenti. prodigia quantum ad miracula de futuris. Vel signa et prodigia dicit miracula que fiunt contra naturam: sicut illuminatio cecorum: suscitatio mortui. Virtutes vero dicit que fiunt secundum naturam sed non eo modo quo natura facit. sicut quod ad impositionem manus statim sanatur infirmus. quod etiam natura facit sed successiue. Vel virtutes dicit virtutes mentis. sicut est castitas et huiusmodi. Consequenter excludit obiectionem cum dicit. Quid est enim quod minus. Possent enim corinthii respondere apostolo ad predicta et dicere: vix est quod multa bona fecisti et magna. et tamen alij fecerunt plura et maiora quam tu. Et ideo apud eos et in eorum comparatione nolui te commendare. Et ideo hoc excludit: ostendens quod nihil minus fecit quam illi: sed plus. Et ideo dicit. Quid est enim quod minus habuistis a me praeter ceteris ecclesiis id est quod alie ecclesie christi habuerunt per illos qui tum ad spiritualia. Quasi si dicat Nihil. quia ipsi predicauerunt fidem. et apostolus praedixit. Illi ostenderunt signa et virtutes et apostolus similiter. Et non solum non minus habuistis sed plus. quia alij apostoli vivebant de sumptibus illorum quibus predicabant. sed apostolus non. quia nihil accepit a corinthiis. Et ideo dicit Nisi quod ego ipse non grauavi vos accipiendo vestra. Quasi dicat Nihil habuistis minus. nisi hoc forte reputeris minus. quia nihil accepit a vobis. quod tamen plus est. Act. 20. Ad ea que mihi opus erat et his qui mecum sunt necessaria ministrauerunt. 2. thessal. 3. Nocte ac die laborantes. 1. sa. 23. Qui exiit manus suas. Quod si hoc ipsum reputatis iniuriam scilicet quod nolui vestra recipere quod feci quia non dileri vos et videtur vobis quod male fecerim parcatis mihi. Et ideo dicit ironice loquendo. Donate id est parate mihi hanc iniuriam. Hoc modo accipitur donate. Ephe. 4. Donas

# Explanatio sancti Thome

tes inuicem sicut et christus vobis douauit.

## Lectio quinta.

**E**cce tertio hoc paratus sum venire ad vos et non ero grauis vobis. Non enim debent filii parentibus thesaurizare: sed parentes filiis. Ego autem libentissime impendā et superimpendar ego ipse pro animabus vestris. licet plus vos diligēs minus diligar. Sed esto. Ego vos non grauaui. sed cum essem astutus dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos circumueni vos. Rogauit titum et misi cum illo fratrem. Nunquid titus vos circumuenit. Nonne eodem spiritu ambulauim. Nonne eiusdem vestigijs? Olim putatis quod excusamus nos apud vos. Loquamur deo in christo loquimur. Omnia enim charissimi propter edificationem vestram.

Hic ostendit se esse comendabilem quantum ad bona futura: que facere intendit. Et duo facit. Primo ostendit suum propositum de futuro bono quod intendit. Secundo propositi huius rationem assignat ibi. Non enim quero que vestra sunt etc. Tertio ad rationem similitudinem adhibet ibi. Nec enim debet etc. Sciendum est circa primū quod aliquid quando contingit quod ideo aliqui non accipiunt vno tempore: ut referret se ad aliud tempus: in quo possint et plus recipere et audacius. Ne ergo isti simile crederet de apostolo ut ideo noluisse prima vice recipere ab eis ut postmodum reciperet plus: dicit quod non solum hoc fecit olim sed etiam paratus est facere in futurum. Unde dicit. Ecce iam tertio id est tertia vice paratus sum venire ad vos. et non ero vobis grauis. Quasi dicat. nec etiam tunc grana bo vos accipiendo vestra. S. 11. In omnibus sine onere me seruauit et seruabo Job. 27. Iustificationem quam cepti tenere etc. Dicit autem. Tertio paratus sum venire. Et non dicit tertio venio: quia bene ter paratus fuit venire ad eos sed tamen non iuit nisi bis. Paratus enim fuit venire prima vice et tunc iuit et conuersi sunt. Secunda vice fuit paratus et fuit impeditus propter peccatum eorum et tunc non iuit de quo excusat se in principio huius epistole. Dodo est paratus ire tertio et iuit. vnde bis iuit et ter fuit paratus ire. Rationem autem huius boni propositi subdit dicens: Non enim quero etc. que talis est. Costat quod artifex disponit opus suum secundum finem quem intendit. predicatorum autem in predicando aliqui intendunt questum et bona temporalia. et ideo totam predicationem ad hoc ordinant et disponunt. Aliqui vero intendunt salutem animarum. Et ideo hoc modo disponunt predicationem suam secundum finem quod vident expediri salutem illorum quibus predicant. Quia ergo apostolus intendebat in predicatione sua salutem corinthiorum et videbat quod non expediebat quod reciperet ab eis sumptus: tum ut confutaret pseudo: tum etiam quia auari erant: ideo noluit accipere sumptus. Et ideo huius rationem assignat dicens: Ideo non grauaui vos sumptus accipiendo. quia non quero que vestra sunt in predicatione mea. sed vos et vestram salutem procurare intendo. Phil. 4. Non quero datum sed futurum. Et ideo dicit minus dixit apostolis. Faciam vos fieri piscatores hominum non pecunie. Hoc etiam figuratur Gen. 4. 7. Ubi legitur quod Ioseph emittit egyptios in seruitutem regis. quod bo-

nus predicator debet ad hoc studere ut infideles conuertat ad seruitutem christi. Sed huiusmodi rationi adaptat similitudinem cui dicit: Nec enim debent etc. Et primo ponit similitudinem. Secundo adaptat eam ibi. Ego autem libentissime sine etc. Tertio arguit eorum ingratitude ibi. Licet plus vos etc. Dicit ergo. Quia autem non querā vestra. patet per similitudinem. Videmus enim quod parentes carnales debent thesaurizare filiis carnalibus. quia filii non debent thesaurizare parentibus: sed parentes filiis. Cum ergo ego sim pater vester spiritualis et vos sitis filii mei. nolo quod vos thesaurizatis mihi: sed ego vobis. Sed hic est questio de patribus carnalibus. Nam ex 20. dicitur. Honora patrem tuum etc. In quo etiam precipitur nobis quod ministremus eis necessaria. Ergo filii tenent thesaurizare parentibus? Respondeo deo dicendum est quod ex precepto tenentur filii ministrare et subuenire parentibus in necessarijs: non autem congregare et thesaurizare eis. Nam thesaurizatio et congregatio fit in posterum. Sed nos videmus quod secundum naturam filii succedunt parentibus et non e converso. nisi in aliquo tristi euentu. Et ideo naturaliter amor parentum est ad hoc ut congregent filios. Et hoc modo loquitur apostolus. Ex 20. autem etc. 20. loquitur dominus de subuentione in necessarijs. Item questio oritur de hoc quod dicit. Parentes filijs etc. Ergo cum prelati sint parentes nostri spirituales. videtur quod male fecerint principes et alij dando diuitias prelati. Respondeo dicendum est quod non dederunt prelati propter pauperes. Et ideo non dederunt eis sed pauperibus. Et hoc dominus monet. Mat. 6. Thesaurizate vobis thesauros in celis etc. Prelatis autem dantur tantum pauperum dispensationibus. Consequenter posita similitudinem adaptat. in similitudine autem duo opposuit. Unum est quod filii non debent thesaurizare parentibus. et hoc iam patet. Et aliud est quod parentes debent thesaurizare filiis et dare. Et quantum ad hoc dicit. Quia ergo ego sum pater vester: ideo paratus sum dare vobis. Et hoc est quod videtur. Ego libentissime impendā vobis bona spiritualia per dicendo: et exempla monstrando: sed etiam temporalia quod et faciebat in quantum predicabat et seruiebat eis cum sumptibus aliarum ecclesiarum. Nec tria ministrare debet quilibet prelati suis subditis. Unde dominus dixit ter petro: Pasce oues meas id est pasce verbo: pasce exemplo pasce temporalibus subsidio. Et non solum ista impendā vobis. sed paratus sum mori pro salute animarum vestrarum. Unde dicit. Et superimpendar pro animabus vestris. Johan. 15. Maiorē charitatē nemo habet. etc. 1. Job. 3. Si christus animam suam pro nobis posuit et vos debetis etc. Johan. 10. Bonus pastor animam suam etc. Ingratitudinem istorum increpat consequenter dicens. Licet plus vos diligens etc. Quasi dicat. Libenter impendar pro vobis licet sitis ingrati. quia licet plus vos diligēs etc. Et hec comparatio potest exponi dupliciter. Uno modo sic. licet plus diligam vos quam pseudo. tamen minus diligo scilicet a vobis quam diligantur pseudo quos plus diligitis quam me. Et sic patet quod ego plus vos diligo quam illi. quia ego quero salutem vestram tantum. illi vero bona vestra solum. Alio modo sic. licet plus diligam scilicet vos quam alias ecclesias tamen minus diligo a vobis quam ab alijs ecclesijs. Phil. 1. Testis est mihi deus quomodo cupias etc. Et quod plus dilexerit corinthienses quam alias ecclesias patet. quia plus pro eis laborauit. Illud autem in quo plus laboramus et magis consueuimus diligere. Consequenter cum etc. Et ego vos etc. Remouet suspicionem. Et primo ponit suspicionem ipsam. Secundo excludit eam ibi. Nunquid per aliquem etc. Tertio rationem exclusionis assignat ibi. Olim putatis quod excusamus etc. Posset autem esse istorum suspicio talis quod ideo ipse ab eis per seipsum non acceptis



## in epistolā II ad Corinthios XII

ut per alios dolose ab eis plus accipiat. Et ideo dicit hoc ponēs. Esto id est dato et cōcesso q̄ ego in persona mea et per me accipiendo non grauari vos: sed sicut vos cre- didistis cuz essem astutus dolo etc. id est per alios detra- xi vobis bona vestra plurima. Sed hoc est falsum. quia nihil ex dolo feci. 1. thessa. 2. Exhortatio nostra non de errore neq; de imundicia neq; in dolo. Nam ipse erat ve- re israelita in quo dolo non fuit. Job. 1. Hanc autem suspicionē excludit consequentē cū dicit. Nūquid per ali- quem etc. Et primo in generali. Secundo in speciali. In generali sic. Si per alios voluissim surripere vestra: mis- sissim aliquos qui hoc procurarent apud vos. Sed nun- quid per aliquē eorū quez misi ad vos circūueni vos: ex- torquendo per eos vestra. Quasi dicat. Non. s. 7. Res- minem circūuenimus etc. 1. thessa. 4. Ne quis circūue- niar in negotio fratris sui. In speciali vero excludit suspi- cionē p̄dicatā cū dicit. Rogauī titū etc. Quasi dicat. Nil- lus eorum in speciali quem misi ad vos circūuenit vos. Titū enī cum precibus misi ad vos. Et hoc est quod dicit. Rogauī titū etc. De isto habetur. s. 8. Misi etiā cum illo fratre scilicet barnabā vel lucā. s. 8. Misimus cū il- lo scilicet tito fratre scilicet alterū dicitur cuius laus ē in euangelio. Sed nūquid titus circūuenit vos? Quasi dicit. Non. s. 8. Gratias ago deo meo qui dedit eandē so- licitudinē pro vobis in corde titi etc. Et q̄ titus nō circū- uenit eos: probat p̄ conformitatē titi ad apostolum. Et ponit duplicē conformitatē scilicet cordis. Et ideo dicit. Nonne eodē spiritu ambulauim? id est eandē volunta- tem habemus. Et eodē spiritu instigamur ad bene et re- cre agendū. s. 4. Habentes autē eundē spiritū etc. Itē conformitatē operis. Et ideo dicit. Nonne eisdē vestigijs id est operibus intendimus scilicet vestigijs xp̄i. Nam ego sequor vestigia xp̄i Job. 23. Vestigia eius scilicet xp̄i se- cutus est pes etc. 1. De. 2. Christus passus est etc. Et se- quamini vestigia eius. Et tū sequitur vestigia mea. 1. cor. 11. Imitatores mei estote etc. Et sic patet q̄ si cōfor- mis est mihi in voluntate et opere et ego nō circūueni vos nec intendo circūuenire. q̄ autē nec ipse circūuenit vos p̄z p̄ illū. Mat. 7. A fructib; eorū cognosce etc. Ra- tionē autē exclusionis subdit dicens. Olim putat etc. Et primo ponit eorū opinionē. Secundo excludit eā. Opinio autē istorū erat q̄ apostolus quasi reus et culpabilis omnia verba ista epistole diceret ad excusationē suā et q̄ non essent vera sed ad excusandū tantū inuenta. et ideo po- nens hanc opinionē istorū dicit. Vos putatis olim id ē a principio huius epistole q̄ excusemus nos ap̄d vos id est q̄ hec verba non sint vera sed sint ad excusandū cōfi- cta. Hanc autem excludit sic. Qui enī sic excusat se duo habet. Unum est q̄ nō vitur verbis veris sed confictis. Aliud est quia non vult pati detrimentū fame sue et glorie. Unde specialiter propter dispēdiū fame aliqui excusant se. Sed neutri istorū est in nobis. Non ergo vera ē opi- nio vestra. q̄ autē neutri istorū sit in nobis patet. Nō enim dicimus verba falsa quod probō. Primo per testi- monium dei. quia corā deo loquimur. Quasi dicat. Te- ste deo hoc in veritate dico Job. 16. Ecce i celo testi me? etc. Secūdo per testimonium xp̄i. quia in xp̄o loquimur id est per christū in quo nulla est falsitas. s. Secūdo ex sim- ceritate sicut ex deo in christo loquimur. Item non q̄ri- mus gloriā nostrā nec timemus infamiā. quia omnia q̄ dixi et de reuelationibus et de tribulationib; facio seu dī- co p̄pter vestram edificationem. ut scilicet permaneatis in virtute et expellatis pseudo. Romano. 14. Que edifi- cationis sunt inuicē etc. 1. cor. 14. Omnia ad edificatio- nem sicut Joban. 12. Non propter me hec vox venit sed propter vos etc.

### Lectio sexta.

**T**imeo enim ne forte cuz venero: nō quales volo inueniā vos. et ego in- ueniā a vobis qualem non vultis. ne forte contentiones. emulationes. animo- sitates. dissensiones. detractiones. susurra- tiones. inflatiōes. seditiones sint inter vos. Ne iterū cū venero humiliet me deus ap̄d vos et luceam multos ex his qui ante pec- cauerunt et non egerunt penitentiam sup- imundicia et fornicatiōe et impudicitia quā gesserunt.

Posita vna causa cōmendationis que puenit ex omisso- ne corinthiorū quantum ad ea q̄ facere debuissent: in qua detestatur eorum ingratitudinē: hic consequenter ponit aliam causam que p̄uenit ex eorū cōmissione quantum ad mala que debuissent vitare. In qua exaggerat eorū maliciam: Et circa hoc duo facit. Primo ponit eorū cul- pam in generali. Secundo explanat eam in speciali ibi. Ne forte etc. Dicit ergo. Nō solū laudauī me prop̄ hoc q̄ vos omisistis me laudare: sed etiā propter periculū vestrum: quod est in hoc q̄ vos adheretis pseudo. q̄ dū fouent vos in peccatis exponunt vos in magno periculo et ideo dicit. Timeo scilicet ne forte cū venero ad vos p̄- sonaliter non inueniā vos quales vos volo scilicet iustos sed peccatores et incorrectos et displiceatis mihi et ego vo- bis. quia iusto non placent peccatores in xp̄um peccato- res. Et inueniar talis a vobis contristatus et puniens q̄- lem me non vultis habere. Mali enī odiunt correctiōez et veritatē. ergo inimicus factus sum vobis v̄z dicens vobis etc. Sic patet eorū malicia in generali scilicet q̄ timebat ne nondū plene penituerint. In speciali etiā ma- nifestat eorū maliciam cū dicit. Ne forte contentiones etc. Et circa hoc duo facit. Primo enī enumerat eorū mala p̄sentia. Secundo cōmemorat p̄terita mala de quibus nondū penituerūt ibi. Ne itē cū venero etc. Sciendum est autē circa primū q̄ corinthienses post conuersionem inciderunt in peccatū carnale p̄pter illū qui vxorē patr̄s habuit. et de hoc in hac parte correcti sunt per primā ep̄- stolam non tamē plene. Sed adhuc aliquid in eis remā- sit et supra hoc remanserunt in eis multa peccata sp̄ualia que proprie opponuntur charitati. Charitas vero duo facit. Primo enī facit corda hominū ad inuicē consenti- entia. Secundo inducit homines ad mutuū profectum. Et ideo peccata sp̄ualia e contrario primo faciūt ho- mines ad inuicē dissentientes. Secundo faciūt eos inui- cem offendentes. Et ideo primo enumerat peccata sp̄i- tualia que pertinet ad dissensionē. Secundo ea que fa- ciunt ad offensionē ibi. Detractiones etc. In dissensionibus autē procedit ordine retrogrado. Nam fm rectū or- dinē homines primo dissentiunt in q̄tū vnus vult vnū: alius vult contrariū. Secundo ex hoc procedunt ad in- ferendum nocumenta. In q̄tū quilibet vellet obtinere in proposito suo. Tertio quando nō potest obtinere in p̄-posito suo sed succūbit accenditur zelo inuidie. Quarto ex hoc prorūpit ad contentiones verborū et ab isto vltimo incipit apostolus dicens: Ne forte contentiōes etc. Quasi dicat. Non solū timeo mala vestra in generali sed etiā in speciali. ne forte sint in vobis contentiōes de meritis p̄latorū et de baptijs etc. prouerb. 20. Honor est homi- ni qui separat se a contentiōibus etc. Am brosi. Con- tentio est ipugnatō veritatis cuz confidentia clamoris.

# Explanatio sancti Thome

Et hec contentio venit ab emulatione. Et ideo dicit: Et emulationes id est inuidie in his qui minores sunt et minus habent. **Jacob. 3.** Ubi zelus et contentio ibi inconstantia etc. **Job. 5.** Paruulum occidit inuidia etc. **Sap. 2.** Inuidia dyaboli etc. Et emulatio venit ab animositate. Unde dicit. **Animositates in uisione et illatione nocumēti. Eccl. 8.** Cum audace ne eas etc. Et animositas uenit ex dissensionibus. Et ideo dicit. **Dissensiones: odia et contrarietas animorum. Romāoz. vlti.** Obseruetis eos qui dissensiones et offendicula etc. **1. cor. 1.** Ipsa ipsa dicatis omnes. et non sint in uobis scismata. **Consequenter enu-merat eorum mala presentia quantum ad offensionem. Et quia ista specialiter sunt mala in nocumentis uerborum et non factorum. Ideo dimissis nocumētis factorum enumerat nocumēta uerborum: in quibus etiam procedit ordine retrogrado. incipiens a posteriore et hoc est cuius expresse malum dicit de aliquo. Et si quidem in manifesto sic est detractor. Et ideo dicit detractiones. Romāoz. 1. De detractores deo odibiles etc. Si uero in occulto: tunc est usurarius. Et ideo dicit usurarios: qui latenter seminant discordias. **Eccl. 28.** Susurro et bilinguis maledictus erit. Et hec duo procedunt ex superbia: que animum inflatum contra aliquos proiungere facit in mala uerba. Et ideo dicit: **Inflationes. 1. cor. 4.** Tamquam non sim uenturus ad uos sic inflati etc. Et hec inflationes ueniunt ex seditionibus que sunt preparationes partium ad pugnam. quia inter superbos semper iurgia sunt. **proverb. 13.** Et ideo dicit. **Seditiones id est tumultus ad pugnam. proverb. 17.** Semper iurgia querit malus. Sic ergo patet eorum malicia quod sum ad mala presentia que multa sunt: et in dissensionibus et in nocumentis. Manifestat autem eorum malicia quod sum ad mala preterita de quibus non penituerunt cum dicit. **Umcone iteꝝ cum uenero humiliet me deus id est affligat apud uos. ita quod et luceam multos uestrum ex his qui ante peccauerunt: ante primam epistolam et non egerunt penitentiam plene post primam epistolam. Et merito luceam. quia sicut gloria patris est gloria filiorum. ita confusio patris est confusio filiorum. Sic samuel lucebat saul. **1. reg. 15.** Ubi quoque lucens saul etc. Et hoc quia non penituerunt nec egerunt penitentiam de peccatis carnalibus predictis quorum quedam sunt contra naturam. Et ideo dicit: **De imunditia id est luxuria contra naturam. Quedam sunt que committuntur cum mulieribus corruptis scilicet uidiuis seu coniugatis. Et ideo dicit. Et in fornicatione. Quedam sunt que sunt in corruptione uirginum. Et ideo dicit. Et impudicitia quare gesserunt assidue. Gal. 5.** Manifesta sunt opera carnis: que sunt fornicatio: imunditia: impudicitia etc.****

## Capitulum tredecimum.

**E**cce tertio hoc uenio ad uos. ut in ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum. **Predixi enim et predicabo: ut presens uobis: et nunc absens his qui ante peccauerunt et ceteris omnibus. quoniam si uenero iterum non parca. An experimentum queritis eius qui in me loquitur christus. Qui in uobis non infirmatur sed potens est in uobis. Nam et si crucifixus est ex infirmitate. sed uiuit ex uirtute dei. Nam et nos infirmi sumus in illo: sed uiuimus in eo ex uirtute dei in uobis. In precedentibus apostolus multa locutus est ad detractionem pseudo: ibi consequenter loquitur contra illos**

qui a pseudo sunt seducti. Et circa hoc duo facit. **Primo increpat seductos. Secundo consolatur persistentes. ibi. Decet fratres gaudere etc. Circa primum primo cominatur sententie seueritate. Secundo ostendit suam iudicariam potestate ibi. An experimentum queritis etc. Tertio monet ad correctionem ibi. Uosmetipsos reparate etc. Circa primum primo promittit suam presentiam. Secundo prede- minatur sui iudicij formam ibi. In ore duorum etc. Tertio cominatur seueram sententiam ibi. Predixi enim et predicabo etc. Promittit ergo primo suum aduentum dicens: **Ecce ego uenio. quasi dicat. Certum sit uobis quod uenio ad uos. et ideo cauete uobis ne inueniam uos iparatos et dicit. Tertio non quod tertio iueritis sed quia tertio iam parauerat ire sic et non iuerit nisi semel: in secundo apparatu impeditus. 1. cor. 4. Veniam in uos cito etc. Veniam inquit et uidebo malos secundum ordinem. tamen ita scilicet quod in ore duorum uel trium testium accusantium seu testantium contra alium quem sit omne uerbum accusatorum. quod quidem dicit **Deus. 17.** Memo occidetur uino teste dicente testimonium et eiusdem. **19.** Non stabit testis unus contra alium. **Uel aliter. In ore duorum etc. Quasi dicat. Hoc quod dico de aduentu meo ad uos ita est certum sicut testimonium duorum uel trium. Sic ergo ordo iudicij erit. Sed seueritate sententie cominatur dicens: **Predixi enim et. Ubi primo insinuat ordinem iudicarij quo est procedendum. in quo exigit ut precedat trina ammonitio: et quantum ad hoc dicit. predixi uobis ut presens: bis quando scilicet eram uobiscum et nunc absens predicabo. ut sic iter ammoneat. predicabo inquit bis qui ante peccauerunt et omnibus alijs. Quasi dicat. omnes moneo. Secundo premissa monitione cominatur sententiam. Unde dicit. Quoniam si uenero non parca iterum. Quasi dicat. Illis qui peccauerunt pepercit prima uice. sed si iterum peccauerint. uel si non egerint penitentiam non parcam eis iterum. Et hoc iuste fit. quia ille cui se semel remittitur et iterum peccat. si remitteretur sibi cresceret in malicia et efficeretur insolens. Et ideo dicit sapiens per uerborum. **13.** Qui peccat uirge odit filium suum etc. Ex hoc ergo ordinatum est in ecclesia ut precedat trina monitio ante reque quis sententia excommunicationis fulminet. quia committit quod aliqui licet sint in peccatis et offendunt: tamen ex solo uerbo ammonitionis corriguntur et satisfaciunt. Et etiam a leuioribus semper incipiendum est. quod si ammonitione non uocatur ne magis insolens adhibenda est seueritas sententie. **Eccl. 8.** Ex eo quod non pferat cito sententia etc. **Consequenter ne possint calumniari de potestate apostoli ostendit apostolus suam iudicariam potestate dicens. An experimentum etc. Ubi tria facit. Primo ostendit se habere legationem et potestate iudicandi a christo. Secundo ostendit uirtutem christi ibi. Qui in uobis non infirmatur etc. Tertio ostendit quod uirtus christi etiam ad alios deriuatur ibi. Nam et nos infirmi sumus in illo. Dicit ergo si uenero non parca imo seuerissime iudicabo. et hoc bene possit. quia habeo auctoritatem christi in puniendo et remittendo. **s. 2.** Nam si quid donauit uobis etc. **s. 5. proverb. 10.** Legatione fungimur etc. Et ideo dicit. An experimentum etc. Quasi dicat. Non est dubitandum de potestate mea. quia quicquid ego loquor uel profereo de sententia uel remittendo uel predicando: loquor a christo. **Exod. 4.** Perge ergo ego ero in ore tuo. **Luce. 21.** Ego dabo uobis os et sapientiam etc. Que ergo homo facit ex instinctu spiritus sancti dicitur quod spiritus sanctus facit. ideo apostolus quia a christo mori hoc loquebatur: attribuit christo rationem principali dicens. Qui in me loquitur christus etc. Sed ne dubitetur de potestate et uirtute christi. ideo consequenter apostolus ostendit uirtutem christi cuius dicit. Qui in uobis etc. Ubi primo ostendit uirtutem christi quantum ad ea que**********